



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmma Totivs Theologiae S. Thomae Aquinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

De honestate, qu[a]e est pars integralis temperanti[a]e. Quæstio 145.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

verecundiz præueniens rationem, sicut & cæterarum passionum.

Ad quartum dicendum, quod verecundia non est pars temperantiz, quasi intrans essentiam eius, sed quasi dispositiue se habens ad ipsam. Vnde \* Ambrosius dicit in 1. de Offic. quod verecundia iacet prima temperantiz fundamenta, in quantum scilicet incutit horrorem turpitudinis.

li. 1. c. 43. parum a prin. 10. 1

QVÆST. CXLV.

De honestate, in quatuor articulos diuisa.

¶ Et circa hoc quærentur quatuor.

- ¶ Primo, quomodo honestum se habeat ad virtutem.
- ¶ Secundo, quomodo se habeat ad decorum.
- ¶ Tertio, quomodo se habeat ad vtile & delectabile.
- ¶ Quarto, vtrum honestas sit pars temperantiz?

ARTIC. I.

Vtrum honestum sit idem virtuti?

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod honestum non sit idem virtuti. Dicit enim Tullius in sua Rhetor. \* honestum esse quod propter se appetitur. Virtus autem non appetitur propter seipsam, sed propter felicitatem. Dicit enim Philo. in 1. Ethicor. quod felicitas est præmium virtutis & finis. Ergo honestum non est idem virtuti.

700 Inf ar. 2. cõ. 6. ad 3. ar. 3. cor. \* li 2. de Inuen. in fol. 4. ante fin. † li. 1. c. 9 tom. 5. \* li. 6. 10. etymolo. c. 8 incipit, Humilis, in princ. itlius. † cap. 12. li. 8. c. 11. in fi. 10. 5

¶ 2 Præterea, Secundum Isidor. \* honestas dicitur quasi honoris status. Sed multis alijs debetur honor, quam virtuti. Nam virtuti proprie debetur honor, ut dicitur in 1. Ethicor. † Ergo honestas non est idem virtuti.

¶ 3 Præterea, Principale virtutis consistit in interiori electione, ut Philosoph. dicit in 8. Ethic. \* Honestas autem magis videtur ad exteriorem conuersionem pertinere: secundum illud 1. ad Corinthios. Omnia honestè & secundum ordinem fiant in vobis. Ergo honestas non est idem virtuti.

¶ 4 Pro



¶ 4 Præterea, Honestas videtur consistere in exterioribus diuitijs, secundum illud Eccles. 11. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas, vtraque à Deo sunt. Sed in exterioribus diuitijs non consistit virtus. Ergo honestas non est idem virtuti.

SED contra est, quod Tullius \* dicit in 1. de Offic. & in 2. Rhetor. diuidens honestum in quatuor principales virtutes, in quas etiam diuiditur virtus. Ergo honestum est idem virtuti.

\* li. 1. in cap. de 4. virtutibus, unde omnia officia manant, & lib. 2. de Inuē. fol. 4. ante fol. libri.

RESPONDEO dicendum, quod sicut Isidor. dicit, honestas dicitur quasi honoris status. Vnde ex hoc videtur aliquid dici honestum, quod est honore dignum. Honor autem, vt supra dictum est \*, excellentiæ debetur. Excellentia autem hominis maxime consideratur secundum virtutem, quæ est dispositio perfecti ad optimum, vt dicitur in 7. \* Phys. Et ideo honestum proprie loquendo, in idem refertur cum virtute.

† loco cit. in arg. 2. \* 9 præc. a. 1. ad 2. † li. 7. c. 3. tom. 2. lib. 1. c. 7. tom. 5.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut Philosophus dicit \* in 1. Ethic. eorum quæ propter se appetuntur, quedam appetuntur solum propter se, & nunquam propter aliud, sicut felicitas quæ est vltimus finis. Quedam verò appetuntur & propter se, in quantum habent in seipsis aliquam rationem bonitatis, etiam si nihil aliud boni per ea nobis accideret: & tamen sunt appetibilia propter aliud, in quantum scilicet perducunt nos in aliquod bonum perfectius. Et hoc modo virtutes sunt propter se appetendæ. Vnde Tullius dicit in 2. Rhetor. \* quod quidam est quod sua vi nos allicit, & sua dignitate trahit, vt virtus, veritas, scientia. Et hoc sufficit ad rationem honesti.

lib. 2. de Inuen. in fol. 4. ante fin. l. b.

Ad secundum dicendum, quod eorum quæ honorantur præter virtutem, aliquid est virtute excellentius, scilicet Deus & beatus. Et huiusmodi non sunt ita nobis per experientiam nota, sicut virtutes, secundum quas quotidie operamur: & ideo virtus magis sibi vindicat nomen honesti.

N 2 infra



Si. 4. c. 3.  
ante me.  
rom. 5.

infra virtutem, honorantur in quantum coadiuvant ad operationem virtutis: sicut nobilitas, potentia, & divitiæ. Ut enim Philosophus dicit in 4. Ethic. \* huiusmodi modi honorantur à quibusdam, sed secundum veritatem solus bonus est honorandus. Bonus autem est aliquis secundum virtutem. Et ideo virtuti quidem debetur laus, secundum quod est appetibilis propter aliud. Honor autem, prout est appetibilis propter seipsum. Et secundum hoc habet rationem honesti.

In 10. ar.

Ad tertium dicendum, quod sicut dictum est \*, honestum importat debitum honoris. Honor autem est confessio quædam de excellentia alicuius, ut supra dictum est \*. Testimonium autem non profertur nisi de rebus notis. Interior autem electio non innoscit homini nisi per exteriores actus. Et ideo exterior conversatio habet rationem honesti, secundum quod est demonstrativa interioris rectitudinis. Et propter hoc radicaliter honestas consistit in interiori electione, significatiue autem in exteriori conversatione.

9. 103. a.  
1.

Ad quartum dicendum, quod quia secundum vulgarem opinionem excellentia divitiarum facit hominem dignum honore, inde est quod quandoque nomen honestatis ad exteriorem prosperitatem transfertur.

ARTIC. II.

707  
Inf. ar. 4.  
cor.

*Vtrum honestum sit idem quod decorum?*

**A**D secundum sic proceditur. Videtur, quod honestum non sit idem quod decorum. Ratio est, quia honesti sumitur ex appetitu. Nam honestum est quod per se appetitur. Sed decorum magis respicit conspectum cui placet. Ergo decorum non est idem quod honestum.

9. 103. a.  
1. ad 3.

**¶** 2. Præterea, Decor quandam claritatem requirit, quæ pertinet ad rationem gloriæ. Honestum autem respicit honorem. Cum ergo honor & gloria differant, ut supra dictum est \*, videtur quod honestum non sit idem quod decorum.



honestum differat à decoro.

¶ 3 Præterea, Honestum est idem virtuti, vt supra dictum est \*. Sed aliquis decor contrariatur virtuti. Vnde dicitur Ezech. 16. Habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo. Ergo honestum non est idem decoro.

art. praes.

SED contra est, quod Apostolus dicit 1. ad Cor. 12. Quæ inhonesta sunt nostra, abundantiore honestatem habent. Honesta autem nostra, nullius egent. Vocat autem ibi inhonesta, membra turpia; honesta autem, membra pulchra. Ergo honestum & decorum idem esse videntur.

RESPONDEO dicendum, quod sicut accipi potest ex verbis Dionys. \* 4. cap. de diuin. nomin. ad rationem pulchri, siue decori concurret & claritas & debita proportio. Dicit enim quod Deus dicitur pulcher, sicut vniuersorum consonantiæ & claritatis causa. Vnde pulchritudo corporis in hoc consistit, quod homo habeat membra corporis bene proportionata, cum quadam debiti coloris claritate. Et similiter pulchritudo spiritalis in hoc consistit, quod conuersatio hominis, siue actio eius sit bene proportionata secundum spiritualem rationis claritatem. Hoc autem pertinet ad rationem honesti, quod diximus \* idem esse virtuti, quæ secundum rationem moderatur omnes res humanas. Et ideo honestum est idem spiritali decori. Vnde Augustinus dicit in lib. 83. quæst. \* Honestatem voco intelligibilem pulchritudinem, quam spiritalem nos proprie dicimus. Et postea subdit, quod multa sunt pulchra visibilia, quæ minus proprie honesta appellantur.

c. 4. par. 1. circa me diu illi.

art. praes.

li. 82. qq. 9. 30 par. 1. a pri. tom. 4.

Ad primum ergo dicendum, quod obiectum mouens appetitum est bonum apprehensum. Quod autem in ipsa apprehensione apparet decorum, accipitur vt conueniens & bonum. Et ideo dicit Dionys. \* 4. cap. de diu. nom. quod omnibus est pulchrum & bonum amabile. Vnde & ipsum honestum secundum quod habet spi-

\* c. 4 p. 2. ante me. c. par 4. cir. prin.



\*li. 1. im-  
mediatè  
ante e. in  
quo agit  
de 4 vir-  
tutibus  
principa-  
libus.  
¶ 9 103.  
a. 1. ad 3.

ritualem decore, appetibile redditur. Unde & Tullius dicit in 1. de Offic. \* Formam ipsam & tamquam faciem honesti vides, quæ si oculis cerneretur, mirabilis amores, ut ait Plato, excitaret sapientie.

Ad secundum dicendum, quod sicut supra dictum est, gloria est effectus honoris. Ex hoc enim quod aliquis honoratur vel laudatur, redditur clarus in oculis aliorum. Et ideo sicut idem est honorificum & gloriosum, ita etiam idem est honestum & decorum.

Ad tertium dicendum, quod obiectio illa procedit de pulchritudine corporali. Quamvis possit dici quod etiam propter pulchritudinem spiritualem aliquis spiritualiter fornicatur, in quantum de ipsa honestate superbit secundum illud Ezech. 28. Eleuatum est cor tuum in decore tuo; perdidisti sapientiam tuam in decore tuo.

ARTIC. III.

702  
1. 95 a 6

Vtrum honestum differat ab utili & delectabili?

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod honestum non differat ab utili & delectabili. Diuitiarum enim honestum, quod propter se appetitur. Sed delectatio propter se appetitur. Ridiculum enim videtur querere propter quid aliquis velit delectari, ut Philosophus dicit in 10. Ethic. Ergo honestum non differat a delectabili.

li. 10. c. 2  
perum a  
pri 105.  
lib. 2 de  
Inuen. in  
fol. 4 an-  
te fi. lib.

¶ 2 Præterea, Diuitiæ sub bono utili continentur. Dicit enim \* Tullius in 2. Rhetor. Est aliquod non propter suam vim & naturam, sed propter finem atque utilitatem expetendum, quod pecunia est. Sed diuitiæ habent rationem honestatis. Diuitiæ enim Eccles. 11. Paupertas & honestas, id est diuitiæ à Deo sunt. Et 12. cap. Pondus super se tollit qui honestiori, id est ditiori se communicat. Ergo honestum non differat ab utili.

lib. 2. de  
Offic. c. 2.  
Ambr. li.  
2 c. 6. 60.  
2.

¶ 3 Præterea, \* Tullius probat in lib. de Offic. quod nihil potest esse utile, quod non sit honestum. Et hoc idem habetur per Ambr. \* in lib. de Offic. Ergo utile non differat ab honesto.

SED



SED contra est, quod August. ¶ dicit in lib 83. *li 83 qq. 9. 10 circa princ. tom. 4.*  
 q. Honestum dicitur, quod propter seipsum expeditum est. Utile autem, quod ad aliquid aliud referendum est.

*art. prac.*

*li. 1. c. 8. tom. 5.*

*li. 2. c. 3. tom. 5.*

*A. I. ad 2.*

RESPONDEO dicendum, quod honestum concurret in idem subiectum cum utili & delectabili, à quibus tamen differt ratione. Dicitur enim aliquid honestum, sicut dictum est \*, in quantum habet quendam decorem ex ordinatione rationis. Hoc autem, quod est secundum rationem ordinatum, est naturaliter conveniens homini. Vnumquodque autem naturaliter delectatur in suo convenienti. Et ideo honestum est naturaliter homini delectabile: sicut de operatione virtutis Philosoph. probat in 1 Ethic. \* Non tamen omne delectabile est honestum: quia potest etiam aliquid conveniens esse secundum sensum, & non secundum rationem. Sed hoc delectabile est præter hominis rationem, quæ perficit naturam ipsius. Ipsa etiam virtus, quæ secundum se honesta est, refertur ad aliud, sicut ad finem, scilicet ad felicitatem. Et secundum hoc idem subiecto est & honestum & utile & delectabile: sed ratione differunt. Nam honestum dicitur, secundum quod aliquid habet quendam excellentiam dignam honore propter spiritualem pulchritudinem: delectabile autem, in quantum quietat appetitum: utile autem, in quantum refertur ad aliud. In pluribus tamen est delectabile quam utile & honestum: quia omne utile & honestum, est aliquid delectabile, sed non convertitur, ut dicitur in 2. Ethicor. \*

Ad primum ergo dicendum, quod honestum dicitur quod propter se appetitur appetitu rationali, qui tendit in id quod est conveniens rationi. Delectabile autem propter se appetitur appetitu sensitivo.

Ad secundum dicendum, quod diuitiæ vocantur nomine honestatis secundum opinionem multorum qui diuitias honorant: vel in quantum ordinantur organicè ad actus virtutum, ut dictum est \*.

Tullius  
 am fe  
 irabile  
 dium  
 m quod  
 s in ocu  
 i & glo  
 um.  
 proccit  
 ci quod  
 aliqui  
 honestate  
 n est cor  
 uam inu  
 abili?  
 ad hono  
 . Dicitur  
 Sed de  
 n videtur  
 , ut Philo  
 non dicit  
 continet  
 st aliqui  
 ppter in  
 pecunia  
 . Dicitur  
 t diuiti  
 t qui ho  
 honestum  
 de Offic  
 honestum  
 Offic. Ergo  
 SED





Ad tertium dicendum, quod intentio Tullij & Ambrosij est dicere, quod nihil potest esse simpliciter & verè utile, quod repugnet honestati: quia oportet quod repugnet ultimo fini hominis, quod est bonum secundum rationem. Quamvis possit fortè esse utile secundum quid, respectu alicuius finis particularis. Non autem intendunt dicere, quod omne utile in se consideratum pertingat ad rationem honesti.

## ARTIC. IV.

*Utrum honestas debeat poni pars temperantia?*

703

*Supra q. 145. et lo-  
cis ibi nota-  
tis.  
lib. 2. de  
Inuen. in  
fol. 3. an-  
te fin. lib.*

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod honestas non debeat poni pars temperantia. Non enim est possibile quod idem respectu eiusdem sit pars & totum. Sed temperantia est pars honesti: ut Tullius dicit in 2. Rhet. \* Ergo honestas non est pars temperantia.

¶ 2 Præterea, Tertio Esdra c. 3. dicitur, quod vinum omnia præcordia facit honesta. Sed usus vini præcipuè superfluus, de quo ibi loqui videtur, magis pertinet ad intemperantiam, quam ad temperantiam. Ergo honestas non est pars temperantia.

¶ 3 Præterea, Honestum dicitur quod est honorabile dignum. Sed iusti & fortes maximè honorantur, ut dicit Philosophus in 1. Rhet. \* Ergo honestas non pertinet ad temperantiam, sed magis ad iustitiam vel fortitudinem. Unde & Eleazarus dixit, ut dicitur 2. Machab. 6. Fortiter pro gravissimis ac sanctissimis legibus, honesta morte perfungar.

SED contra est, quod Macrobius \* honestatem partem temperantia. † Ambrosius etiam in 1. de Officiis temperantia specialiter honestatem attribuit.

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictum est \*, honestas est quædam spiritualis pulchritudo. Pulchro autem opponitur turpe. Opposita autem temperantiam specialiter honestas pertinere videtur, quia id quod est homini turpissimum & indecentissimum, pellit, scilicet brutales voluptates. Unde & in ipso



nomine temperantiæ maximè intelligitur bonum rationis, cuius est moderari, & temperare concupiscentiæ pravas. Sic ergo honestas, prout speciali quadam ratione temperantiæ attribuitur, ponitur pars eius, non quidem subiectiva, vel sicut virtus adiuncta, sed pars integralis ipsius, sicut quædam eius conditio.

Ad primum ergo dicendum, quod temperantia ponitur pars subiectiva honesti, prout sumitur in sua communitate. Sic autem non ponitur temperantiæ pars.

Ad secundum dicendum, quod vinum in ebrijs facit præcordia honesta, secundum eorum reputationem: quia videtur eis quod sint magni, & honorandi.

Ad tertium dicendum, quod iustitiæ, & fortitudini debetur maior honor, quam temperantiæ, propter maioris boni excellentiam. Sed temperantiæ debetur maior honor, propter cohibitionem vitiorum magis exprobrabilium, ut ex \* dictis patet. Et sic honestas magis attribuitur temperantiæ, secundum regulam Apostoli, 1. ad Corinth. 12. quod inhonesta nostra maiorem habent honestatem, scilicet remouentem quod inhonestum est.

In co. 12.

QVÆSTIO CXLVI.

*De abstinencia, in duos articulos diuisa.*

**D**einde considerandum est de partibus subiectivis temperantiæ. Et primò, de his quæ sunt circa delectationes ciborum. Secundo, de his quæ sunt circa delectationes venerorum.

¶ Circa primum considerandum est de abstinencia, quæ est circa cibos, & potus; & de sobrietate, quæ est specialiter circa potum.

¶ Circa abstinenciam autem cõsideranda sunt tria.

¶ Primo, de ipsa abstinencia.

¶ Secundo, de actu eius, qui est ieiunium.

¶ Tertio, de opposito vicio, quod est gula.

¶ Circa abstinenciam autem queruntur duo.

¶ Primo, verum abstinencia sit virtus?

¶ Secundo, verum sit virtus specialis?